



**Quotidiana Christiani Militis Tessera**

**Stanyhurst, Guillaume**

**Coloniæ Agrippinæ, 1682**

6. Dies Augusti. Qui succurrere perituro potest, si non succurrerit, occidit.  
Lactantius lib. 6. Institution. cap. 11.

---

---

**Nutzungsbedingungen**

[urn:nbn:de:hbz:466:1-55659](#)

608  
sicut  
con-  
quod  
Un-  
uto,  
enim  
rica-  
ttin-  
genit  
con-  
cele-  
e co-  
s mi-  
ami-  
ristus  
terri-  
olla-  
Junc  
Ro-  
iseri-  
ape-  
lami-  
eo, se  
Nu-  
exi-  
orti-  
hen-  
ban-  
etus;  
a in-  
e diei  
de

Augustus: Tessera.

609

de nocte, lamentis indulgebat magno, & assiduo Aumine lachrymarum: sic enim ipse: (a) *Quis dabit capiti meo aquam, & oculis meis fontem lachrymarum, & plorabo die ac nocte, imperfectos filios populi mei!* Cupit totum verti caput in aquas, novainque venam exorti perennium fluviorum, ad miserandæ gentis piamentum. Hunc tu imitare, & ut imiteris Propheta, audi hortantem Poetam:

*Quando mala exundant, runc lumina, flumina fundant.*

## 6. DIES AUGUSTI.

Qui succurrere perituro potest, si non succurrerit, occidit. *Lactantius lib.6. Institution. cap.11.*

Elemo- I. **T**lla Tessera, fulminatrix est sententia: synæ dandæ. ut potè quæ misericordiam in miseros non tam commendat, quam mandat.

Mortem miser incurris, dum misero, si possis, non succurris. Sicut Misericordia cœlum aperit, sic Immisericordia claudit. Et hic fere est sensus D. Augustini. (b) *Ante fores gehenna stat Misericordia, & neminem permittit in carcerem mitti.* Quidni dixeris ante fores cœli stat Immisericordia, & neminem qui fuerit immisericors sinit eo admitti? Itaque opulentos ne se præbeant in operibus misericordiæ lentos, non tantum invitat utilitas, sed compellit necessitas: eleemosynas dare non tantum possunt, sed debent. Nam teste D. Jacobo, (c) *Judicium sine misericordia erit illi, qui non fecerit misericordiam.* Audi hic D. Bafilium in locupletes non tam perorantem, quam deronantem. (d) *Non es misericordus.*

Pars II.

Q q

serius

(a) *Jerem. 9.1.* (b) *Hom. 39.* (c) *Jacob. 2.* (d) *Orat. ad divit.*

serius, non invenies misericordiam; non aperiisti domum, repudiaberis à regno. Non dedisti panem, non accipiet vitam aeternam. Et alibi. Seminasti amaritudinem, maritudinem metes. Fugisti misericordiam: misericordia fugiet à te: detestatus es pauperem, detestabatur visissime, qui propter homines pauper factus est. Habent divites, unde timeant Epulonis divitis exemplum, vel potius exitium. Hinc rectè D. Augustinus: (a) Memento quid purpurae diviti contigerit, qui non idem damnatus est, quod aliena tulerit, sed quod egenti pauperrim sua non tribuerit, & in inferno positus, ad petendam nimis pervenit, qui hic parva negavit.

II. Habent & aliud exemplum Divites, illius divitis Evangelici, cui cum uberes fructus agri attulissent, non egit Deo gratias, sed cogitavit intra se. *Animamea*, habes multa bona posita in annos plorimos, requiesce, comedere, bibe, epulare. Graviter hic iterum Basilius (b) O absurditatem! si suillam haberes nimam, quid aliud dicere potuisses? Destruere omnes malum, avaritiae custodem: subverte fornices, demolire muros, ostende soli frumentum curiosum: educ ex caverna vinctam opulentiam, duc in triumphū tenebrosa Mammona habitacula. Habes horrea, si voles, domus pauperum, reconde tibi ipsi thesauros in cælum. Quid est quod impedit largitionem? Non adest indigus? non sunt plena horrea? non parata merces? non præceptum clarum? furiens consumitur, nudus riget. Unam nosti vocem. Non habeo, neque dabo. Sum enim pauper. Revera paupertate, pauper fide in Deum, pauper aeternâ spe. Cuiusque injuriam facio, si mea retineo, atque conservo? Qualis

a) de Conflict. virt (b) Hom. in illud destruam horre

Augustus.

Tessera.

611

dic mihi tua? Unde accepta in vitam attulisti? Si a causa spontaneo dicas, impius es. Cur ergo tu dives es, ille vero egenus? Profecto omnino quo, et tu bonitatis, ac fidelis dispensationis mercedem accipias, dans Eleemosynas, et ille ob magna patientia certamina, premia referat. Vide igitur quid facias, qui non solum detines, quae sunt: sed etiam, quae sunt proximi!

III. Observa quae sequuntur. Esurientis est panis, quem tu detines: nudi est pallium, quod tu in vestiario conservas: discalceatus est calceus, qui apud te computrescit: indigentis est argentum, quod apud te defossum est. Videsne divitias esse animarum redemptions, et qui servas eas, perdere: qui vero perdit propter Deum, conservare? His non dissimilia habent alii. Sextus Pythagoricus: Melius est nihil habere, quam multa habentem nemini impetriri; si non das egenti cum poscit, non accipies a Deo cum poposceris. (a) Huic accinit D. Zenon. Non est Tyranno dissimilis, qui solus habet quod potest prodesse comodis plurimorum. Quid, quod paupere quotidie moriente oppressione, fame, frigore, injuria, amicum tibi excolis aurum, custodis argentum, vestem pretiosam ornamentaque superba, ac superflua pro sacro sancto habes sicut idolum: te per momenta componis, dives in publico, ditor in secreto. Non intelligis, quia homini inopiae morienti, tantis opibus qui cum possit subvenire, non subvenit, ipse eum videtur occidere? O quantarum necesse animarum in phalaris pendent ornata matronae, ornamenti cuius unum si solvas in pretium, distribuasque necessitatibus singulorum, ex eorum respiratione cognoscet, quanto rum malo ille consuet ornat. Obsigno hoc de Misericordia erga pauperes, D. Augustini effato, velut auro

Qq<sup>2</sup>

sigillo

(a) In sentent. Zenon fer. de Justitia.

612 Christiani Militis

Augustus

sigillo, (a) Perde ne pereas; dona ut acquiras; semina  
ut metas: & audias hoc non tam meum scribentis,  
quam Poetæ canentis monitum:

Cum sis in mensa, primum de paupere pensa.

### 7. DIES AUGUSTI.

Nec referre potest Gratiam, nisi qui meminit; & qui  
meminit, jam refert. Seneca lib. 2. de benef. ca.  
pue 2.4.

Gratitu-  
do erga  
homines.

**C**ui relata est gratia, ille deber  
esse relatæ memoriae; ut in  
hodierna Tessera mouet Se-  
neca. Præter exemplo univerla

Natura. Sic enim ima summis in mundo consentie  
Sapientes asserunt, ut nullum sit beneficium sine gra-  
titudine; licet ad causam, cui defertur, non perve-  
niat. Philolaus dixit; (b) Suffimenta aquæ, & ter-  
ræ, esse tributa quæ persolvunt; incruenta sacrificia,  
quæ litant cælo regnanti. Quo plus arbores rece-  
perint à terra; illi radicibus magis adhærent, & in  
grati animi signum, parentem exornant granuli-  
mis frondibus, amœnissimis floribus, & fœcundis-  
simis locupletant seminibus. Corvi, aquilæ, accipi-  
tres, sui juris effecti, & à parentibus emancipati illis  
loco cedunt, ne videantur æmuli rapinæ, unicui-  
que enim, ex illis magno ad populandum, ut satie-  
tur, opus est tractu. Ita cum adolevit apum juventus,  
& ad laborem roborata convaluit, relinquitur li-  
ber parentibus locus. Magnum hoc est homini do-  
cumentum, de gratitudine parentibus exhibenda.  
Sed generatiū observandum est, ne leges Gratitu-

dins

(a) De verb. Dom. serm. 35. (b) Plin. lio. c. 3.